

M.

1978

M

489



EPITHALAMIUM
REINHARDO-AR-
NOLDINIS

Secundis fatiſ & votis, non ſine votis

Tam ex bono nomine quam bono Omine,

Ductulufus

ANAGRAMMATICI,

ſacratum.

AW



Mademoifelle
**LOUISE CHRISTIANA
ARNOLDA**
&
**TOBIAS JACOBUS REIN-
HARD.**

JC. & U. Er. Pro. ac Advocat. O.

Kar' A'vaycaμua

Adjutore Domino, nupfit Ifac Rebeccæ, Jfraell
Raheli cum Leà, Tobias Saræ, ut dono dato.



Cuncta regit Fatum. Themidos Vene-
rande Sacerdos,
REINHARDI, Sophici Stella fere-
na Poli!

ISAC En! olim NUPSIT per fata REBECCÆ,
RAHELI JSRAEL CUM SENIORE LEA.
Et SARÆ DOMINO charo adjutore Tobias,
Ut DONO a dominò cuncta regente DATO.
Nuper plaudentis socialia fœdera lecti
Fata dabant, felix connubiumqve tibi.
Sed modo plangentis furor igneus te impulit
Oestri,

Ire procellosum mortis in oceanum,
Tristis & operuit Phœbi modo lampada nubes,
Grandis, ut umbra Domum, sic tenebræ Tha-
lamum,

Fulgida sed claro jam se exerit æthere rursus,
Luce sua recreant fata benigna Domum.
Fata viam norunt; post nubila juba ferre,
Gaudia providuo sic jubilæa toro.
Namque cui in tumulum rapuit mors atra Ma-
ritam,

Huic mox in Thalamum nupta Marita redit.
Et quæ planxerunt lacrymoso turbine Fata,
Cum lubitu subito prospera quæque fluunt.
Frigo-

Frigora post Boreæ Tartessia littora linvens
Temperies Zephyri mollia flabra movet.
Sic Deus exhilarat, post aspera ducit ad Astra,
Hæc vias rerum servat habetque Deus.
Gaudet Cheruscus gaudet, Geranus & amnis,
Omnis in urbe sedens, sub Helicone sedens.
Evax! dejecto luctu cape gaudia, SPONSE!
Sic TIBI SPONSA RAHEL, sitq; REBECCA
TIBI.
Quæque venit thalamum præstanti corpore
Nympha,
Impleat hæc viduum bella puella torum,
Prospera fata tibi tua vota secunda secudent;
Sospitet & firmet fœdus amore Deus.
Exhilaret porro mentem tua SARA venusta,
Sit tanquam donum cœlitus ipsa datum.
Quæquæ nec noceat vobis mala bestia morbi,
Longævi tardè solvite naula Stygis.
Vos strepitu nunquam rumpat furialis Enyo,
Cypria læta tuas ventilet igne faces.
Vivite concordēs veluti cum turture turtur.
Vos capiant donec regna beata Poli.

J. W. F. Grüningius.



Kaigrosal

78 M 489

[M.]

ULB Halle 3
006 817 777



78



st mag sehen,
th und Angst be-


sehen,
reut.
sch gelingen,
at! drein,
bringen:
ditores seyn.

EPITHALAMIUM
REINHARDO-AR-
NOLDINIS

Secundis fatis & votis, non sine votis
Tam ex bono nomine quam bono Omine,
Ductu lulus

ANAGRAMMATICI,

facratum.



AW

